



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum ad prophetiam requiratur bonitas morum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Ad primum ergo dicendum, quod quedam dispositiones sunt indifferentes ad prophetiam, & hec diuina operatione non mutantur in propheta, & secundum earum conuenientiam prophetia procedit. Indifferens enim est ad prophetiam, quibus cumque similitudinibus res prophetata figuretur: dispositiones vero contrariæ diuina uirtute auferuntur a propheta, & dispositiones necessariae conferunt.

Ad ii. dicendum, quod ad prophetiam requiritur bonitas imaginacionis, non autem de necessitate præxigitur: quia ipse Deus, qui donum prophetie infundit, potens est complexionem organi imaginatiuæ uirtutis in melius reformare: sicut & oculos lippos, ut clare videre possint.

Ad iii. dicendum, quod huiusmodi uehementes passionis ad se trahunt totaliter rationis attentionem, & per consequens eam auerunt a spiritualium inspectione, & ideo uehementibus passionibus uel iræ, uel tristitiæ, aut delectacionis, usus prophetie impeditur in eo quia prophetie donum percipit. Et sic etiam naturalis complexionis indispotio impeditur, nisi diuina uirtute quodam modo curaretur.

Ad iiii. Dicendum, quod similitudo proportionata quantum ad hoc verificatur, quod sicut gratia superadditur nature, ita gloria gratiæ: non est autem similitudo, quantum ad omnia: quia gratia meretur gloriam, non autem natura gratiam. & ideo præxigitur meritum gratiæ ad gloriam habendam, non autem dispositio nature ad gratiam obtinendam.

Ad v. Dicendum, quod scientia acquisita causatur ex nobis quodammodo: non est autem in nostra potestate complexionem organorum anime meliorare: sicut est in potestate diuina, qui donum prophetie infundit. Et ideo non est simile.

Ad vi. Dicendum, quod donum prophetie a Deo ordinatissime diuiditur, & hoc etiam ad huius distributionis ordinationem pertinet, ut aliquando conferatur illis qui uidentur ad hoc maxime indispotui, ut sic diuina uirtuti attribuantur, & non glorietur omnis caro coram illo, prima Corinth. primo.

ARTICVLVS V.

Utrum ad prophetiam requiratur bonitas morum.

Q VINTO queritur, utrum ad prophetiam requiratur bonitas morum. Et uidetur quod sic: quia Sapient. 7. dicitur, per uaticinationes in animas sanctas se transferens, amicos Dei & prophetas constituit: sed amici Dei non sunt nisi illi, in quibus bonitas morum uiget. Ioan. 14. Si quis diligit me sermonem meum, &c. ergo ille qui non est bonorum morum, propheta non constituitur.

¶ 2. Præter. Prophetia est donum Spiritus sancti: sed Spiritus sanctus non inhabitat aliquem peccatorem. Sap. 1. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. ergo prophetie donum non potest esse in aliquo peccatore.

¶ 3. Præter. Illud quo quis male uti non potest, non potest esse in aliquo peccatore: sed prophetia nullus male uti potest: cum enim actus prophetie sit a Spiritu sancto, si aliquis prophetia male uteretur, esset idem actus a peccato, & a Spiritu sancto, quod esse non potest. ergo prophetia non potest esse in aliquo peccatore.

¶ 4. Præter. Philosoph. dicit in li. de Sôno & uigilia, quod si diuinatio somniorum est a Deo, inconueniens est eam immittere gubulibet, & non optimis uiris: sed constat prophetiam donum esse tantum a Deo, ergo inconueniens est dicere quod detur, nisi optimis uiris.

¶ 5. Præter. Sicut Plato dicit, optimi est optima adducere; sed prophetia conuenientius est in homine bono, quam in malo, ergo cum Deus sit optimus, nunquam malis donum prophetie dabit.

¶ 6. Præter. In operatione nature similitudo diuina operationis inuenitur, unde & Dion. 4. capite de diuina diuinam bonitatem radio solari comparat propter similitudinem effectus: sed operatione naturali magis dispositis aliqua perfectiones magis dantur: sicut a sole corpora magis peruia magis illustrantur. cum ergo ad recipiendum donum prophetie magis sit dispositus bonus, quam malus, ut quod multo amplius bonis, quam malis dari deat: sed non omnibus bonis datur, ergo nullo modo debet dari.

¶ 7. Præter. Gratia ad hoc datur, ut natura eleuetur: sed natura magis debet eleuari in bonis, quam in malis. ergo gratia prophetie magis debet dari bonis quam malis.

SED CONTRA, Balaam fuisse propheta dicitur: qui tamen malus fuit.

¶ 2. Præter. Matth. 7. dicitur ex persona damnatorum. Domine nonne in nomine tuo prophetauimus?

¶ 3. Præter. Quicumque non habet charitatem malus est: sed prophetia potest esse in non habente charitatem, ut patet 1. Cor. 13. Si habuero prophetiam & cetera, ergo & cetera.

RESPON. Dicendum, quod bonitas hominis in charitate consistit, per quam homo Deo unitur. Quicumque ergo sine charitate esse possunt, communiter inueniri possunt in bonis & malis. In hoc enim diuina bonitas precipue commendatur, quod tam bonis quam malis uirtutem ad suum propositum implendum: & ideo utriusque tam bonis quam malis, illa dona largitur, que ad charitatem, necessariam dependentiam non habent. Prophetia autem non habet aliquam necessariam colligantiam cum charitate propter duo. primo, quia prophetia est in intellectu, charitas in affectu: intellectus autem est prior affectu, & sic prophetia & alie intellectus perfectiones, non dependent a charitate, & hac ratione fides, & prophetia, & omnia alia huiusmodi in bonis & malis esse possunt. secundo, quia prophetia datur alicui ad utilitatem Ecclesie, & non propter seipsum. Contingit autem aliquem uiliter quantum ad aliquid deseruire ecclesie, qui in se bonus non est, quasi Deo per charitatem coniunctus. ubi prophetia & operatio miraculorum, & ecclesiastica ministeria, & alia huiusmodi, que ad utilitatem ecclesie conferuntur, inueniuntur quandoque sine charitate, que sola homines bonos facit. Sciendum tamen quod inter peccata, quibus charitas amittitur, que dam sunt que usum prophetie impediunt, quedam que non. Quia enim carnalia peccata mentem spiritualitate omnino retrahunt, ex hoc ipso quod aliquis peccatis carnalibus est subditus, ineptus ad prophetiam redditur, ad cuius reuelationem summa spiritualitas mentis requiritur: peccata uero spiritualia spiritualitatem mentis non ita impediunt: & ideo contingit aliquem esse prophetam spiritualibus peccatis subditum, non autem carnalibus, uel etiam immensis seculi sollicitudinibus, quibus mens a sua spiritualitate retrahatur. Et ideo dicit rabbi Moyles quod hoc est signum, quod aliquis sit falsus propheta, quando uoluptatibus & sollicitudinibus seculi detinetur. Et hoc consonat ei quod habetur Matt. 7. Attendite a falsis prophetis. & infra, a fructibus eorum cognoscetis eos, quod de manifestis oportet intelligi, ut ibi dicitur gl. q. maxime sunt peccata carnalia. Spiritualia uero peccata interitus latent.

lib. 11. in Ti
mæo circa li.
4. folij a pri.
li. numeran
do.
La prin. & in
ter prin. &
med. prima
partis.

Clo. ord. ibi
ex Greg.

AD

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sapientia se
transfert in animam dupliciter. Vno modo vt ip-
samet Dei sapientia animam inhabitet, & sic ho-
minem sanctum facit, & Dei amicum. alio modo
solum quantum ad effectum, & sic oportet quod
sanctum faciat vel Dei amicum, & sic transfert se
in mentem maiorem quos prophetas constituit.

AD II. dicendum, quod quamuis prophetia sit spi-
ritus sancti donum, non tamen cum dono prophe-
tiae spiritus sanctus datur, sed solummodo cum do-
no charitatis datur. unde ratio non sequitur.

AD III. dicendum, quod prophetia non conti-
git male vti, ita quod ipse prophetiae actus, inquan-
tum a prophetia egreditur, sit malus. Cum enim
aliquis prophetiae actum ad aliquid malum ordi-
nat, tunc quidem ipse prophetiae actus bonus est
& a spiritu sancto: sed ordinatio illius actus ad finem
indebitum non est a spiritu sancto, sed a perversa
hominis voluntate.

AD IIII. dicendum, quod intentio philo. est dicere,
quod ea quae diuinitus dantur, ex uoluntate dato-
ris dependent, quae non potest esse irrationabilis: vnde
si scientia futurorum quod est somnium a Deo immit-
teretur, apparet in ista immixtione aliqua discre-
tio. Nunc autem non apparet, cum in quibuslibet ta-
lis diuinitus fiat, per quod ostenditur diuinationem
somniorum esse a natura. In dono autem prophetiae
inuenimus discretionem: quia non omnibus datur et
qui sic vel sic dispositi sunt: sed illis solum, quos diu-
ina voluntas elegerit. Qui tamen simpliciter non
sunt boni vel optimi quantum ad seipsos, sunt tamen
boni vel optimi quantum ad hoc, quod per
eos prophetiae officium exerceatur, secundum quod
competere iudicat sapientia diuina.

AD V. dicendum, quod in hoc Deus optimus
ostenditur, quod non solum bonis, sed etiam malis
nouit bene vti. unde nihil summam bonitati de-
rogatur, si per malos prophetas bonum prophetiae
officium administrari facit.

AD VI. dicendum, quod non quicumque bonus
est magis aptus ad prophetiam habendam quam qui
bet peccator, cum aliqui charitate carentes magis
habeant aptas mentes ad spiritualia percipienda, vt
pote a carnalibus & terrenis vacantes, & naturali
intellectus praediti claritate, quibusdam e contrario
charitatem habentibus terrenis negotijs implicitis,
& carnali dantibus operam generationi, nec intelle-
ctui habentibus naturaliter perspicacem. Et ideo quan-
doque propter has similes condiciones datur pro-
phetiae donum aliquibus malis, quod denegatur
aliquibus bonis.

AD VII. dicendum, quod per gratiam prophe-
tiae eleuatur natura homini, non ad gloriam ha-
bendam directe, sed ad utilitatem aliorum: in bo-
nis autem est natura magis eleuata per gratiam gra-
tiam facientem ad gloriam obtinendam. unde ratio
non sequitur.

ARTICVLVS. VI.

Utrum prophetae uideant in speculo eternitatis.

SEXTO quæritur, utrum prophetae uideant in spe-
culo eternitatis. Et uidentur quod sic, quia Is. 38.
super illud. Dispone domui tuae, dicit gl. prophetae
in libro ipso praesentia Dei, ubi omnia scripta
sunt, legunt: sed liber praesentia Dei nihil aliud
esse ut quam eternitatis speculum, in quo ab aeterno
omnes forme rerum resplendent. ergo prophe-
tae uident in speculo eternitatis. Sed diceret, quod
prophetae dicuntur in lib. Praesentia legere aut in
speculo eternitatis, non materialiter quasi ipsum

speculum aut librum uideant, sed causaliter: quia
ex libro illo vel speculo prophetiae cognitio deriuatur.
¶ 2 Sed contra, per hoc quod prophetae dicuntur
uideri in speculo eternitatis, aut legere in libro di-
uinae praesentia, attribuitur quaedam praesentia
cognitio ipsi prophetis: sed hoc quod est aliqua
cognitio deriuari a speculo aeterno vel libro di-
uinae praesentia, non a designatur aliquod cognitio-
nis praesentia, cum omnis humana cognitio in-
de deriuatur, ut patet per Dion. 7. c. de Diu. nom. et
ergo non dicuntur prophetae uideri in speculo aeterno
nec cogniti, quasi ex ipso uidentes, sed quasi in ipso ui-
sio illa intueantur.

¶ 3 Prae. Nihil potest uideri, nisi ubi est: sed futura con-
tingentia non sunt secundum immobilem uerita-
tem, prout a prophetis uidentur nisi in ipsa praesentia
diuina. ergo prophetae in ipsa solum praesentia Dei
uidentur: & sic idem quod prius. Sed dicendum, quod
futura contingentia sunt quidem primordiale in
diuina praesentia: sed exinde deriuatur per qualem
speciem ad mentem humanam ubi a propheta uidentur.

¶ 4 Sed contra, Quicquid recipit in aliquo est in eo
per modum recipientis, & non per modum subiecti: sed
mens prophetae mutabilis est. ergo non possunt in
ea futura contingentia immobiliter recipi.

¶ 5 Prae. Illud quod est proprium diuinae cognitioni, non
potest nisi in Deo cognosci: sed futura cognoscere est
proprium Dei, ut patet Is. 41. a nuntiate quaerantur,
& dicemus quia Dii estis uos. ergo non possunt a pro-
phetis futura contingentia uideri, nisi in ipso Deo.

¶ 6 Prae. Auic. dicit, quod quandoque tunc eleuatur mens
hominis, quod coniungitur speculo praesentia: sed
maxima eleuatio mentis humanae est cum cog-
nitione prophetiae, ergo uidentur quod coniungatur
speculo praesentia, ita quod futura in ipsa Dei
praesentia uideantur.

¶ 7 Prae. Finis humanae uitae est, ut Philosophi tra-
dunt, ut homo in mentem coniungatur speculo alio-
ri, quod est speculum intelligibilem substantiam
sed inconueniens esset, nisi homo ad finem suum
perueniret. ergo homo quandoque perueniet ad
hoc, quod coniungatur mente substantiam intelli-
gibilem, quantum supra est diuina essentia: quae
omnia reuolunt. ergo propheta qui inter omnes
maxime habet mentem eleuatam ad hoc peruenit,
ut mente coniungatur essentiae diuinae, quae uidentur
esse speculum eternitatis. Et sic idem quod prius.

¶ 8 Prae. Si sint duo specula quorum unum sit in
superius & alterum inferius, & a speculo superiori
resulent similitudines in inferius, ille qui in in-
feriori speculo uidet species, non est in superiori uide-
dere, quamuis eius visio quodammodo a speculo
superiori deriuatur: sed a mente diuina resplendet
rerum futurarum species in mente prophetiae: sicut
a speculo superiori in speculum inferius. ergo et
hoc quod propheta intuetur in sua mente species
receptas a mente diuina, non debet dici uideri in
mente diuina, sed in propria mente: sed mens pro-
pria non est speculum eternitatis, sed temporalis. ergo si
prophetae non uiderent, nisi in mente propria, ut prius
dictum est, non dicerentur uideri in speculo aeterno
nec eternitatis, sed in temporalis, quamuis ab aeterno deriuatur.

Sed diceret, quod aliquis dicitur uideri non solum
in re illuminata per solem, sed etiam in sole ipso,
in quantum per illuminationem solis uidet.

¶ 9 Sed contra est, quod in sole non resplendent
uisibilium rationes, quod uidetur ad ratio-
nem speculi pertinere. ergo uidetur, quod uidetur
in sole non sic dicitur, sicut uidetur in speculo.

¶ 10 Prae.

3. q. 71. a. 3
Gl. ordinar.
ibi ex Gre.